

D. D. *B. g.*
DISSERTATIO MEDICA,
De
**TRIFOLIO
AQUATICO,**

Quam
Consensu Amplissimæ Facultatis
Medicæ in Illustri ad Auram
Athenæo,

Sub moderamine

VIRI & EXPERIENTISSIMI

Dn. PET. Elfwing/

Med. Doct. & Profess. Ord.

Placido bonorum examini submittit
Regius Alumnus

LAURENTIUS BRODIN,

Roslagus.

In Auditorio Maximo d. x. Jun.
An. MDCC XXIV.

ABOÆ,

Excud. ERIC M. FLODSTRÖM,
Reg. Acad. Typ. in Magn. duc. Finl.

S:Æ R:Æ MAJ:TS
SUMMÆ FIDEI VIRO,
CELCISSIMO COMITI,
EXCELLENTISSIMO QUE HERO^E
AC DOMINO,
DOMINO
ARVIDO HORN,
REGIS REGNIQUE SENATORI,
R:Æ CANCELLARIÆ PRÆSIDI,
ET ACADEMIÆ ABOENSIS
CANCELLARIO
ILLUSTRISSIMO.
MÆCENATI SUMMO.

Cum in hac alma ad Auram A-
cademia mihi ratio aliqualis
accepti Regii stipendii reddenda sit,
& specimen quoddam meorum in
studiis profectuum exhibendum;
animo diu fluctuavi, utrum mihi
fas esset primitias studiorum meo-
rum

rum coram pedibus Tuis, Celsissime
COMES, deponere. Idem verum ille
favor ineffabilis, quo ceteros clien-
tes, qui Celsitudinem TUAM ado-
rant, complecti soles, mihi quoque,
sorte & ingenio longe infra illos
posito, spem admissionis suppedita-
vit. Summa, qua par est, animi sub-
missione rogans & obsecrans, gra-
tiosissime patiaris, Illusterrime HE-
ROS, ut supplici servo, longe humil-
limo, momento saltet temporis
Celsissimæ pateant fores TUÆ. Ex
imo corde vota effundam calidissi-
ma, velit D. T. O. M. TE, Excellen-
tissime COMES ac HEROS, in Regni
Suediæ decus & fulcrum, studi-
diosæq; juventutis solatium atq; pa-
trocinium longe maximum, ad se-
ros uicq; posteriorum nepotes, omni-
gena felicitate florentem conserva-
re! Permansurus ego ad ultimum
vix terminum,

ILLUSTRISS. atq; EXCELL. COMES,
CELSITUDINIS TUÆ

Devotissimus Servus
Laur. Brodin.

Handelsmannen i Stockholm/
Fereborne och Högtvällachtad
Herr JOHAN GLOCK,
Min
Högtårade Kjäre Fader/

 Et sinnets prof af must/ den
wittre *sala* gutet/
Den lärde *Aura* fördt/ och i mitt
sinne flutet/
Fördristar wördand' Son/ sin
kjära Fader tee/
I hopp om widar' gunst / at
på deß lycka see/

Som oasflåteligen förblifwer/
Sin Högtårade Kjäre Faders/

Sdmjuke Son
LAURENTIUS BRODIN.

D. D.

In signes & pla-
ne singulares Trifolii
aquatici vires , quibus
in scorbuto, morbo Finlandiæ en-
demico profligando, & aliis chro-
nicis malis propulsandis pollet ,
animum meum in ejus plantæ
considerationem allegerunt. Gra-
tulatur sibi præ reliquis Sueciæ
oris Finlandia, de nobilissimæ hu-
jus herbæ, in locis uofis atque
paludofis crescentis , abundantia.
Gratulatur sibi plantam inquili-
nam , inquinis malis medentem.
Quapropter, si ejus utilitatem &
utum, breviter, pro modulo inge-
nit ita describere & commendare
possem , ut illa incolarum &
A im-

imprimis illorum, qui cum scorbuto pertinaci, in egestate indignissima conflictantur, commodis & saluti inserviret, voti me compotem factum censerem. Si vero desideriis, ob ingenii languidas vires, & rem domi angustam, non jam respondeat effectus, conatibus minimum innocuis veniam officiose peto, limatiora olim, benigniori aura laboribus adspirante, exhibitus.

§. I.

In primo statim dissertationis limine, ut minus interdum necessariæ ambages evitentur, advertendum, Trifolii aquatici nomine, heic non designari Trifolium stellatum, lupulinum, acerosum, bituminosum, fragiferum, asphaltion, spinosum, creticum, Alpinum, Lusitanicum, corniculatum, Norvagium flore luteo, bulbo.

bosum flore albo, quod in Afri-
ca ad promontorium Bonæ Spei,
Teste Breynio (*a*) reperitur; nec
orientale, ex frutice Daon Lacat-
lacat appellato; aut Americanum a
Margravio descriptum (*b*); sed Tri-
folium Aquaticum; herba illa, quæ
flore monopetalo infundibuli tor-
mæ, stilo five pistillo in valculum
seminale abeunte, radice longa,
alba, geniculata, & fibris demis-
sis firma gaudens, caulem vi-
rentein, gracilem, tribus latis ma-
gnis foliis ornatum, thyrsum flo-
rum ex albo purpurascientium, &
in quinque segmenta acuta expan-
sorum, e quibus singulis stamina
quinque alba, apicibus albis con-
spicua exeunt & vascula subro-
tunda, semina in se continentia
ex sulco flaventia, habet (*c*); Sa-

A z pore

(*a*) In Prodrom. fascicul. plant. p. 8.

(*b*) Raii Histor. plant.

(*c*) Raii T. 2. p. 1099.

pore admodum acri, ob sal acerri-
mum, pollet; dylcrafiam li-
quidorum resolvit & corrigit, ac
malis chronicis & scorbuto impri-
mis medetur.

§. 2.

Unanimi tere Botanicorum
Iustificatio, cum semper & constan-
ter tribus foliis hæc herba polleat,
Trifolium dicitur iquod, cum juxta
Scaligerum, *in plantarum co-
gnitione designanda, nunquam conveni-
ant Botanici*, l. palustre, l. paludo-
sum, l. fibrinum, l. aquaticum ap-
pellatur. Casparo Bauhino enim
Dodoneo, Rudbeckio patri & a-
hiis (a) Trifolium palustre: Lobe-
lio, quia in paludibus & uliginosis
locis copiose crescit, Paludo-
sum: Tabernemontano (b) Fibri-
num majus l. minus hoc audit.

De-

(a) O. L. Browellii Chlor. Goth. p. 115. &
Dod. p. 530. (b) Vid. Tiliag.

Denominationis vero fibrinæ rationem adducunt variam. Varro ideo fibrinum appellari contendit, quia Trifolium hoc, in extrema ora fluminis, quod veteres fiorum vocabant extremum, maxime crescere comprehenditur (c). Simon Pauli fibrinum dici existimat a fibere, in spem prædæ, infidias in cubili & cavernis ad ripas, piscibus struente (d). Ettmüller, cui etiam ranunculus triphylos dicitur, denique hæc sunt verba: (e) vocatur etiam fibrinum, quia flos constat albis fibris. Tragus, luronium pratense (f): Ol. Bromelius Trifolium aquaticum & cochlearia septentrionalium (g): Joh. Lindernstolpe Trifolium aquaticum & rhabacum Norlandicum (h): Elias

A 3

Tib.

- (c) De ling. Lat. lib. 4. p. 22. (d) Quadr. Bot. p. 156. (e) Oper. Med. T. I. p. 675. (f) Dod. p. 580. (g) loc. citat. (h) Flor. Wicksb. p. 5.

Lollandz Trifolium fibrinum & aquanticum (i): B. M. Hjärne & illi, quorum progressibus in medicina prospexit, interdum fibrinum, sæpen numero tamen, cum autoribus pharmacopœæ Holmensis (k) aquanticum hoc appellant. Trifolii aquatichi nomen nobis, vestigia tantorum virorum sequentibus arriet, in primis cum in locis aquosis atque uodus reperiatur & extra aquas non diu duret; sed mox pallescet hoc vegetabile. Germanis, Biberklee/ Lungenklee/ Wäse-
se klee/ Klappen / Zwingklappen), quoniam capræ idipsum in cibum appetunt. Danis, Bockesblade/ sto-
re Treblade. Belgis, Waterclave-
veren (l) Svecis Wattuwåpling/
Wattuklöfwer / Norrländstobac /
Münckefahl (m). Fennonibus dici-
tur

(i) in Catalog. Plant. prope Aboam.

(k) pag. 42. (l) apud. Bonet. Med. Sept.
T. 2. p. 206. (m) Bromel. loc. cit.

eur Wehra / unde nonnulli ur-
bem Wehle. I. Wehra = Lat nomen,
cum ibi Trifolium abundet, tra-
xisse volunt.

§. 3.

Ad hujus herbæ accuratio-
rem descriptionem pertinet, quod
habeat Trifolium nostrum radi-
cem geniculatam, longam, fibra-
tam, intus candidam, extrinsecus
viridem. Ab uno autem latere ra-
dicis filamenta quædam tenuia,
multis divisis ac longis fibris, pi-
lorum instar (Suetice Zägor) gau-
dentia, longe lateque sub terra re-
pentia, prodeunt. E radice, quod
sæpius sit, unus interdum, quod
rarius contingit, etiam duo l. tres
exsurgunt caules cubitales viri-
des, levés, graciles, interna parte
porosi, qui deinde in plures di-
vidontur ramulos, folia lata & in
extremitate acuminata, glabra &
car-

carnola, fabaceæ formæ & magnitudinis ; nisi quod e singulis pediculis non plura, sed temper & constanter tria tantum folia prognantur, suppeditantes. Extremati caulis superimpositus videntur thyrus florum, tuo inhærens calyci : estque pars floris posterior, amplitudine quadam notabilis à pediculo distincta. *Calyx enim flores l. involvit, l. sustinet, l. utrumque prestat* (a) Suetice : Kälck / sive Knopp ; unde blomistren knoppas / l. Hamis sive Fnas / ut in glandibus & nucibus : hinc illud: Måten har intet slåpt fnaset. Ex calyce flos monopetalos campanæformis & rotatus ex albo purpureo prorumpit, qui antequam dehiscit, exterius rubet, reclusus vero in quinque segmenta acuta spargitur, superficiem internam tenuissimis & candidis filamentis crispis

crispis, ad instar lanuginis, seu pubis obducentibus. In medio floris, pistillum viride, quinque staminibus albis suisque apicibus flavis armatum, conspicitur, cui vascula seminalia semen milio simile ex fulvo flavescentis continentia, inclusa sunt (b). Suecia quidem, quod propriis vidi oculis, fœcunda hujus vegetabilis est mater, facile tamen crediderim Alandiam & Fenniam fœcunditate Suediacas provincias superare, cum heic præcipue in Runtala/insula prope Aboam sita, innumeris fere herbis ornatissima, & in Alandiæ ripis ranta hujus reperiatur copia, quantam paludes l. ripæ vix capere possunt; dum mense Mayo prorumpit, & Junio ac Julio (c), floret atque maturescit *Tritolium nostrum*.

A 5

§. 4.

(b) Vid. Tournefor, Botan.

(c) Ettm. loc. cit.

§. 4.

Principia Trifolii nostri, quæ
in corpore humano operantur, &
idcirco digna sunt, quæ adverten-
te Dodard, (a) investigentur, sal
imprimis: ut de spiritu, phlegma-
te & terra, in analysi Chymica
Vegetabilium observandis, nihil di-
cam (*):) & oleum constituunt. Sal
& oleum ita describit Wedelius.
(o) Sal est corpus sapidum & solu-
bile, e mixtis, volatile propulsio-
ne & putrefactione, fixum elixi-
viatione & evaporatione paratum,
viribus quodlibet diversis prædi-
tum. Oleum vero est liquor in-
flammabilis, unctuosus & levis.
Quod sal in se contineat, adserit
Ettmull: dicendo *illud turgere sale*
acerrimo (b). Sapor experientia no-
tissimus, quem ab alimentorum
particulis salinis, papillas linguae,
et Malpicio, (c) ut alios taceam,

(a) Phil. Burg Part. 2. cap. 5.

(*) Rair Hist. Plant. lib. 1. c. 29.

(o) Pharm. Acroamat. p. 434. & 353.

(b) loc. cit; (c) Lang. Phys. §. 24.

descriptas, vellicantibus & stimulantibus produci, docet Eyselius (d), & Trifolii præparata, in §. 7. describenda, idem confirmant. Sale fixo, quod partium suarum divulsionem & ascensum in medio aquo permittit, (e) scatet; nam ex eo paratur sal, tam per incinerationem & elixivationem, in officinis venale, quam per expressiōnem, ad methodum conficiendi salis essentialis Lemort. (f) Salis & iam volatilis, quod, cum propter parvitatem particularum & levissimam adhæsionem, aeris motibus resistere non valeat (g), a seipso diu subsistere non potest (h); sed partium suarum divulsionem & alcensum medio aereo permittit (i), prætentiam innuit Ettmull. (k) commendando Trifolium l. ratione salis voltae.

- (d) Comp. Phys. p. 4. (e) Gulielmin. de salibus §. 150. (f) Chym. med. Phys. cap. 12. (g) Domin. in Martinell. p. 224. (h) Hidrue Prodri. c. 90. (i) Guliel. loc. cit. (k) loc. cit.

volatilis : 2. facilis salis *volatilis* e
planta extractio : 3. spontanea, dum
maceratur, coquitur, l. exsiccatur,
(*l*) exspiratio : 4 spiritus *Tritolii*,
qui, 5. vale non bene clauso, omnem
tere amittit vim : 6. Oleum distil-
latum, & 7. Tilingius (*m*) his ver-
bis : *sal volatile trifolii fibrini præ-*
stantissimum remedium est in scorbuto,
cachexia, hydrope &c. Si hujus grana
*duo, tria l. quatuor in aqua cocte-
riæ, fumariæ, cardui benedicti exhi-
beantur, sudores abunde provocat.* *Tri-*
folium itaque sale gaudet, & qui-
dem alkalino, saporem acrem ex-
hibente. Alkalinum; quia, quam-
vis in se parum acidi foveat, plus
tamen sulphuris, & qua maxi-
mam partem alkali, prædomini-
um itaque retinens & cum acidis
conflictans, continet: quod ratio-
nibus & evidentissimis experimen-
tiis, e doctrina præcipitationum &
reactionum probari posset, si pro-

po-

(1) Bayle Inst. Phys. Tom. 1. p. 410.

(*m*) Bonet. med. sept. Tom. 2. p. 828.

posita brevitas, quam Kunkel (*n*), Willis (*o*), Etun Ullerus (*p*), Guelmini (*q*), & Härne (*r*) supplere poslunt desideranti, admitteret. Ejus generis sunt illa *salia*, quæ in herbis & lignis reperiuntur, dicit Härne (*s*); & alio loco: In regno vegetabili, volatile & lixiviosum præponderebat, acidum sulphuream parum admodum, effentiale vero, quam maxime vallet (*t*). Saporem, per impressionem sapidi determinatam, a materiæ peculiari textura & motu, seu modificatione emanantem describit Casterius (*u*). Saporum diversitatem a figura & motu particularum papillulas linguae ferientium deducit Tauwry (*W*). A credini, particulas teretes & aculeatas, atque eo modo, ut similes urticarum aculeis, senorum pungant & todicent, figuratas, adscribit Zahn (*x*). Trifolio

(*o*) De Ferment. (*p*) de Doctr: Salium.

(*q*) De Salibus. (*r*) Härne de præcipitat. (*s*) Prod. c. 15. (*t*) Prod. c. 15.

(*u*) de ling. gust. org. (*W*) Anat. p 138

folio, sulphur vel oleum, quod ex-
perimento D. Geoffroy per ther-
momетrum tacto, calorem in cor-
poribus conservat, (*y*) ineffe, non
est ut quis dubiter, cum, & auto-
ritate Tilingii (*z*), & experientia,
oleum per destillationem ex eo
elici constet.

§. 5.

Vis itaque, quæ inest Trifolio no-
stro, adscribenda fali: quod i Vitco-
firates liquidorum circulantium in-
cidit & resolvit (*a*), fluiditatem
liquido, præter naturam crassiori
consistentia gaudenti restituendo,
cum id, quod prius fluidum & dem
concretum fuerat, iterum in fluidum
reducit (*b*) salina vi, quæ ad hu-
mores trajecta, moleculas cohæ-
rentes disjungit & segregat per
momentum, quod cohesionum mo-
men-

(*y*) in mem. Acad. Reg. Scient. 1700.

(*z*) loc. cit. • (*a*) Margraf. Coll.

Chym. Leyd. cap. 171.

(*b*) Boerhay. Mat. Med. p. 17.

menta superare valet. (c) 2. Aperit obstrunctiones, (d) hoc est, materiæ viscosæ, glutinosæ & terrestris in glandulis, poris, vasis excretoriis, & tenuissimis arteriarum & venarum propaginibus hærentis, ac circulantibus liquidis majorem & minorem obicem imponentis moleculas removet, per stimulum solidam & fluidam moventem, quantitatem liquidoru evacuatione minuentem, illud quod lentum est & solubile per oscillationem & vitæ pressionis auctam subigentem, materiam subsistentem & resistentem, cum velositatem sanguinis augeat infringentem, & per canales ad viscera & organa excretioni dicata deducentem & abripiantem. vide Baglivi (e) & Borelli (f); Dyscrasiam acidam corrigit (*). Eos falli, qui causam morborum acidis adseriunt,

(c) Bell. de Mif. sangu. p. 201. (d) Wed.

Pharm. Actioamat. 4. f. (e) de Fibr.

Motric. c. II. (f) de Mot. Animal. 2. 48

(*) Blancard. Inf. Med. c. 9.

bunt, adlerit quidem Pitcarnius (*g*), prædominium tamen acidi in sanguine, septentrionalibus ob sex rerum non naturalium (aerem, cibum & potum, motum, animi motiones, somnum & vigilias, atque excreta & retenta puto) usum minus convenientem, & dispositionem corporum, admodum solenne, negari non potest; cum fœtorem oris, saporem acidum, gingivarum erosiones, appetitum ingentem, digestionem celerem, strangurias, urinam crassam, sudorem acidum, cutis pallorem & laxitatem, sanguinis crassitatem & (*b*) scorbutum, qui acidum corrigentibus curatur &c. experiantur & percipient plurimi, qui i. hujus ferociam pati coguntur, l: refrænare admittuntur medicamentis, non solum terreis, absorbentibus, præcipitantibus & diluentibus; sed etiam salibus alcalinis fixis & volatilibus (*i*) Hæc enim

(*g*) Diff. Med. p. 140, (*b*) Boeth. Inst. med §. 679 (*i*) Lang. Prax. Gen. p. 771

nim, quorum in numerum sal Trifolii aquarici venit, ob sal acre bu-
mores crassos & viscosos incident, at-
tenuant & resolvunt (K); atque, cum a-
cidis mixta statim cum hinc efferve-
scunt, itaque motum creant, stimulant, a-
gitantque fibras; postea vero, ipsis cum
acidis unita constituunt novam salis
speciem, in qua vis stimulans, diapho-
retica, diuretica, resolvens, adhuc super-
est (I): cuius operationis modum e-
videnter explicat Gaukes (m).

§. 6.

Cum itaque Trifolium nostrum
stimulum augeat, majus momen-
tum excitet, oscillationem promo-
veat, & acidum immutet & corri-
gat, facile patet, quod Ventriculo
in crassis & viscosis humoribus re-
solvendis subveniat: pulmonibus,
qui crassa pituita laborant, succur-
rat: hepatis, lienis, mesenterii,

B glan-

(K) Vest. Inst. Med. p. 171. (I) Boerh.
Mat. Med. p. 23. (m) de Med. ad
Cert. Math. cyclo. propos. II.

glandularumque obſtructioṇes re-
feret: ſanguinem crassa dyſcrasía
contaminatum purificet: in febri-
bus intermittentibus chinam æmu-
letur, & viribus interdum, quod
Dominus Praeſes obſervavit, in non-
nullis tertiana laborantibus, exſu-
peret: aſthmata, quæ originem hæ-
renti viſcoſitati debent, profliget:
hypochondriacis & cathecticis fo-
latio ſit: arthritidi medeatur: tu-
mores Oedematofos diſſipet: hy-
dropem feliciter curet: ſcorbuto
denique, a viſciditate acida oriun-
do, remedium adferat; unde non
modo aqua Danos, ſed etiam Sue-
cos & Fennones, qui ſcorbutum pro
morbo endemicō agnoscunt, in frequen-
ti uſa eſt Trifolium aquaticum, pro cu-
ra ſcorbuti, l. ſolum, l. cum cochlearia,
cui preferri ſolet (a). De Trifolio hunc
in modum ſcribit Hiärne (b): An-
gående den Frun/ ſom besvåras med

(a) Elbmul. loc. cit.

(b) ad Praefidem. 1705.

med tumore cedematolo. så häl-
ler jag rådligt/ at hon efter mid-
dagen tager in spiritum tritolii a-
quatici , och om nättren hafwer
omslag på swulstaaden/ af röda
brunsjorden blandat med Tritolio:
Om hvilket Prof. Rudbeck mhe-
ket talte/ då jag var i Uplala, och
jag sedan funnit vara en kraftigare
Medicin, än många funna tro/
uti morbis chronicis. Anno præ-
terlaplo juvenis. J. E. triginta an-
norum, in Alandia natus, trium an-
norum spatio lassitudine totius cor-
poris & respirandi difficultate la-
borans , consilio Empirici, variis
usus fuit pectoralibus; sed frustra:
nam hisce malis successit oris gra-
veolentia, dentium mobilitas , in
cruribus maculæ subrubræ & li-
vidæ, in brachiis & pedibus ul-
cera sordida , crustis obducta ,
conspiciebantur. Huic , curæ meæ
sele committenti, curationem mo-
do sequenti instituebam 1. cum

plethoricus esset, vena aperieba-
 tur, 2. humoribus digestivo præ-
 paratis, conveniens exhibui cathar-
 eticum. 3. per aliquot septimanas,
 decoctum Trifolii aquatici in a-
 qua, quotidie, mane videlicet, me-
 ridie, & vesperi bibendum illi præ-
 bui. 4. ad putredinem gingivarum
 tollendam, os hoc decocto dilui
 jussi. 5. ulceræ linteis duplicatis,
 decocto calido immersis, fovenda
 præcepi. Hisce prospero cum suc-
 cellu, juvenis brevi pristinæ sani-
 tati restitutus fuit. Mulier quinqua-
 ginta quatuor añorum, in Kartier-
 ta/de lassitudine totius corporis, do-
 lore membrorum lancinante, & dif-
 ficili respiratione, ulceribus ma-
 ximam partem nasi consumenti-
 bus, crura corrodentibus, ac
 maculis totum corpus infestanti-
 bus conquerebatur, & meum ex-
 perebat auxilium. Petitioni annu-
 ens & scorbuti genium percipiens,
 præparantibus necessariis præmis-
 sis

sis, infusum Trifolii aquatichi ægrotanti ter de die assumentum dedi, & ad ulcera consolidanda, externe tepidum a Trifolio tortum, & foliorum hujus plantæ applicationem externam ordinavi. Simplici hoc medicamento, intra spatum 6. septimanarum, feliciter curata est.

§. 7.

Propter usum, quo medicinæ infervit, medici suis indicationibus commode satisfacere, & palato ægrotantium jucunde gratificari studentes, varios modos Tritolium præparandi excogitarunt. In officinis namque pharmaceuticis prostat 1. Aqua, post leviorem macerationem, B. M. destillata (a); 2. spiritus, affusione spiritus vini circa fermentationem. B. M. elicitus, (b); 3, essentia per digestionem calore

B 3

mo-

(a) Pharm. Holm. p. 6. (b) Phar. Helv. p. 8.

moderato extracta (*c*): 4. conser-
va, cum saccharo, methodo ordi-
naria parata: 5. succus expressus:
6. Syrupus, & 7. oleum (*d*). Deco-
cta cum aqua, vino, cerevisia &
fero lactis, vina medicata & infu-
siones, ad modum infusi Thee Me-
dici, dum res postular, pro arbitrio
præscribunt. Ex g.

Infut, adinflat Thee,		
tempore matutino	***	
in scorbuto usur- pandum.	Essentia resolvens &	aperiens.
R. Trif. aqu. fol mi.	R. Eſſ. Trifol. aqu. gij	
Herb. fumar. mi.	Lignor. gij	
Raf. Lign. lassaf. gj	Serp. Virgin.	
Flor. Cent. min.	Aromat. a gj	
Hyſſop. a pi.	M. d. f. Resolveran-	
Conc. gros. mod. d. f.	de Eſſent. ac raga	
Krydder ac brufa	30 a 40 droppar	
ſom Thee.	i ſänder.	

* * *

Decoculum vilis precii; sed magna-
rum vitium in scorbuto.

Pul-

(*c*) Bonet. Med. sept. 2. 808.

(*d*) Ibid.

R. Herb. Trif. aq. mi.

Pulvis in tertiana.	Cochlear. mi.
R. P. Trifol. aq. jj	Flor. cent. min. pij
Nitr. depurat. jj	sem. papat. alb. jj
Cariophyl. jj.	Coneil. & contus.
m. F. p. pro trib.	cog. in lactis vaccin.
dosis. in decocto tri-	q. s. Colateram usui
fol. sumendus.	matutino serva.

Trifolium itaque in morbis, quos
§. 6. recensuimus, restitutioni a-
missæ sanitatis, interne afflumtum
non tantum infervit, sed etiam
sustentationi vitæ, in alimoniaz &
frumenti caritate subvenit. Cla-
rissimus namque Dom. N. N. Pel-
dan, aliquæ integerrimæ fidei vi-
ri me docuerunt, Fennones & O-
strobothnienses, plantæ hujus ra-
dices æstate colligere, coquere,
exsiccare, comminuere, molæ sub-
mittere, & ex illius farina cum
hordeacea mixta, panem conficere,
qui Fennis Wchca leipâ dicitur.

Quod Amplissimus Ling. Profel-
lor, Mag. Dan. Juslenius, de pane

hoc *Wechca* leipå, ad Præsidem
hunc in modum scribit, heic lo-
cum habet. De radice *Wechca*/ qua
tenujoris fortuna nostrates, ingruente
fame, utuntur, certiorē ab agricultis
haurire licet notitiam. Ex illis ego com-
peri, quibusdam in oris, huic radici
commolite immisceri solere contusum cor-
ticem abietinum, ut cibo fruantur sa-
lubriori. Si enim solo *Wechca* aliquam-
diu pascantur, intumescere queruntur
corpora & inflari, licet farina pusillum,
vel furfuris pro ratione penus, sit im-
mictum: ex adverso, solum qui edunt
corticem, nimium exsiccati se sentiunt.
Temperaturam vero nominate radicis
cum cortice, in meliori statu dicunt
continere corpora.

§. 8.

Externo etiam usui dicatum
est *Trifolium aquaticum*. Garga-
risma namque ab hoc cum aqua
& vino confectum, ad putredinem
oris & gingivarum scorbuticam,
dentium mobilitatem, corruptio-
nem

nem & erosioniem tollendam, magnarum est virium. In balneis, dum artus sunt resoluti, magno cum sucessu usurpatur. Membris, arthritide vaga scorbutica laborantibus, si decoctum foliorum calidum applicetur, dolorem mitigat. Folia externe ulceribus imposita emplastri in modum mendentur. Un. Praeses in tumoribus cedematosis scorbuticis & hydropticis, cataplasmatiis, ex plantæ hujus foliis & ochra acidularum confecti, vires plane egregias, permultos annos, ad acidulas expertus fuit. Oleum Trifolii aquatici destillatum, umbilicali regio- ni inunctum, partum mirifice promovere prolixè probat Joh. Jo. Willius (a). Aqua Trifolii, adver- tente Etrivul. (b) cum rore majali destillata, cosmeticum est, næ- vos & sordes faciei tollens.

§. 2.

(a) Bonet. Med. sept. 2. p. 809.

(b) loc. cit.

Porro ne quis, in modum Empirorum, qui, neglecta tam ægrotantis, quam medicamenti constitutione, imperitia stupenda, & loquacitate incredibili, quadrata cum rotundis mixta, ægrotis exhibere, crumenis ægrotantium insidiari, & advertente Freitagio, accepta mercede, hominos occidere solent (a), nobile hoc mendicamine abutatur, verbo tantum indicandum, herbam hanc temperamento phlegmatico & acido gaudentibus conducere; cum crassitatem retolvar & acidum temperet. Cholericis autem, & sanguineis non competit: quoniam in illis sanguinem, ex multa aqua & pinguedine, pauca vero terra & visciditate constantem, adeoque per poros laxos & turgidos liquida facilius depONENTEM, nimis exag-

(a) Bohn. de Off. med. cap.

gitat, & ad excretiones & secre-
tiones nimias (*b*), infinita mala pro-
ducentes, stimulat. In his vero,
sanguinis, sulphure acri abundan-
tis incalescentiam auget, & soli-
da stricta (*c*) crispatura inducta,
magis reddit rigida; quo, muta-
tioni circulationis, stagnationibus,
doloribus vagis & lacinantibus,
inflammationibus, febribus, con-
vulsionibus, apoplexiæ, & morbis
mortem cito accelerantibus, ja-
nuam aperit Trifolium. Hoc
experientia ita comprobatum est,
ut probacione non egeat ulte-
riori, præferrim cum probe sci-
am nonnullos heic Aboæ de-
gentes, consilio Dom. Præ-
sidis, propter allatas rationes,
magno suo commodo, a Trifolii
usu abstinuisse.

§. 10.

Illis denique observandum est,
qui

(*b*) Nenter. Theor. Hom. c. 5. 3.

(*c*) Bagliv. Anat. Fibr. p. 419.

qui ad amissam sanitatem recuperandam utuntur Trifolio aquatico, ut se omnino cohibeant a cibo acido, sallo, viscido & crudo, ac potu vini, cerevisiae & aliorum liquidorum acido & cruditate scatentium, & sibi, in rebus non naturalibus, quae in se non sunt morborum cauſe, sed propter iis male utimur, aut quatenus vitirositas aliqua ipsis est conjuncta (a) prospiciant, ne visciditatis & acidi sentinam contrahant. Si enim in eo peccent, causam morbi, visciditatem scilicet & crassitatem augent, vim medicam castrant & operationem ejus impediunt, atque malum illud protrahunt, vel exasperant, vel calamitosum & exitiale redundunt;

(a) Vest. Inst. Med. I. 2.
cap. 6.

dunt; prout Behrös (*b*), Bohnius (*c*), & Yvon Gaukes (*d*)
erudite monent.

(*b*) in selez. diætet.

(*c*) Off. Med. dup. cap. 10.

(*d*) de Med. ad cert. Math. evch. p. 7.

(*e*) Thomson. med. Chym. cur. c. 4,

SOLI D E O GLORIA.



E haud oscitanter, nec eorum ad morem, qui bonarum artium feminaris, vel nominis, l. lucri gratia invigilant, Musis ad Auram litasse, egregia hæc de Trifolio Aquatico disputatio Tua, quam ad exteris abiturus publicæ luci committis, probat. Haud vulgaris diligentia Tua, & in respondendo & opponendo bonis probata dexteritas, laudum tuarum paginam implet omnem. Perge itaque qua cœpisti via; obstacula prudenter remove; diffi-

difficilia constanter superare
contende; apum in modum,
apud exteris utilia diligenter
collige; & cogita eas , quas
coluisti Musas, de contexen-
da, in præmium diligentiaz &
laborum tuorum Laurea, ti-
bi non defuturas. Vale &
fave

Tibi

Addictissime

SAM. P. Elswing.

Dissertat. Auctori Præstantissimo.

QUambis non omnes Medicina repelle-
re morbos

Possit, cum nulla sit vis medicabilis herba ;
Est tamē in pretio semper, magniç putanda
Cum donum summi non vite sit Astripo-
tentis.

Vim dedit is plantis, herbas fecit quod potentes ;
Robore sanandi sed quis quilibet arguit illum.
Hoc, cum commonstras viduatum robore
corpus

Uno restitui parvi modo graminis usu,
Scripto sat claro pandis, BRODINE perites
Egregios simul & progressus prudis hone-
stos.

Macte igitur studiis præclaris, sedere fausto
Theſpiadum in castris ſpectabis pramia
tandem.

Quod ſuperest, voveo, Tibi ſint tua cœptis
secunda !

PETRUS FOLIN,
Smoland.